contigit afram hac quā notam habebat
facies publica qꝫ eēt lupanaria apſecu
toribꝫ cōphendi. Que cū fuiſſet iudici ob
lata et interogaſſet et agnouiſſet iudex
que eēt dixit ei. Sacrifica dijs qꝛ expedit
tibi viuere quā int̄ tormenta deficere.
Afra rn̄dit. Sufficiūt m̄ pcta mea q̄ igno
rans deū geſſi. Hoc aūt quod me iubes
facere nūq̄ factura ſū. Gaius iudex di
xit. Accedens ad capitoliū meū ſacrifica.
Afra rn̄dit. Capitoliū meū xp̄c ē quem
habeo an̄ oculos meos. Ipi cottidie c̄rimina
mea et pcta cōfiteor. Et qꝛ nō ſū digna ei
ſacrificiū offerre. ipā ego pnoīe eius
cupio ſacrificari. ut corpꝰ i q° peccaui
dū penas paſſū fuerit abluat᷑. Iudex
gaius dixit. Sicut audio meretrix es. ſa
crifica quia aliena es adeo xp̄ianorum.
Afra rn̄dit. Dn̄s m̄ ihꝰ xp̄c dixit ſe ꝓpc̄ca
toribꝫ deſcendiſſe de celo. Nā et euangelia
eiꝰ loquūt᷑. qꝫ meretrix rigauerit lacri
mis pedes eiꝰ et indulgenciā accepexit.
et meretrices et publicanos nūquā de
ſpexit. Imo etiā ſecū eos manducare
pmiſit. Iudex gaius dixit. Sacrifica ut
diligaris ab amatoribꝫ tuis. et ſic ſemp
dilecta es habearis. et inferant᷑ t' pecunie
multe ab hijs. Afra rn̄dit. Pecunias exe
crabiles iam nūq̄ accipio. Nā et quas
habui expendi. qꝛ n̄ fuerūt de bona cōſcien
cia. Nā nolentes accipe aliq̄ntos fratres
meos paupes etiā p̄cibꝫ exoraui ut a me
dignarent᷑ accipe. et ꝓpc̄tis meis orare. Si
ergo q̄ habui a me ꝓiecī quomō pt fieri
ut querā accipe que iā q̄ ſordes abieci.
Iudex dixit. Iam te xp̄c dignam nō habet
ſine cauſa vis eū deū tuū dicere q̄ te
ſuā nō eē cognoſcit. Meretrix enī que eſt
dici n̄ pt xp̄iana. Afra rn̄dit. Ego quidē
xp̄iana nec dici mereor nec vocari. ſꝫ
mīa dei q̄ n̄ de meo merito ſꝫ ſua pietate
iudicat. Ipa me adhoc nō admiſit. Iudex
gaius dixit. Vnde noſti qꝛ te admiſit ad
hoc nō. Afra rn̄dit. In hoc me cognoſco
a facie dei n̄ eē piectam. qꝛ ad glorioſam
cōfeſſionē noīs ſci pmittit accedē. p quā
me credo oīm meorū ſcelerū indulgēciā
accepturā. Iudex gaiꝰ dixit. Hec fabule
ſūt magis ſacrifica dijs pquos ſalutē cō
ſequaris. Afra rn̄dit. Salꝰ mea xp̄c eſt
qui pendens i cruce latrōm cōfitenti
bona paradiſi reꝓmiſit. Iudex gaius
dixit. Sacrifica dijs ne te i cōſpectu amatorꝝ
tuorū q̄ tecū turpiter vixerūt catomis
cedi iubeā. Afra dixit. Confuſio m̄ nulla

niſi de pctis meis. Iudex dixit. Porro iā
ſacrifica quia iniuria eſt m̄ tot horis tecū
loqui. Certe ſi nolueris occideris. Afra
dixit. hoc ē qd opto. Si tn̄ merear ut ꝑhāc
cōfeſſionē digna efficiar reqē inuenire.
Iudex gaiꝰ dixit. Sacrifica nā torqueri
te faciam. et poſt viuā incendi. Afra
rn̄dit. Corpꝰ meū qd peccauit accipiat
diu'ſa tormenta. aīaꝫ ſacrificijs demoniorꝝ
nō coinq̄nabo. Tūc iudex neq̄ſſiꝰ dictauit
ſentēciā dicens. Afrā publicā meretricē
q̄ ſe xp̄ianā ꝓfeſſa eſt. et noluit ſacrificijs
participare. Viuā ꝑcipimꝰ incendi. Sta
timq̄ꝫ rapta a miniſtris ducta ē i inſulā
fluuij qui dr̄ licus ibiq̄ꝫ eā ſpoliantes
ad ſtipitē ligauerūt. At illa eleuās ocu
los ad celū cū lacrimis orabat dicens. Dn̄e
deꝰ omps ihū xp̄e q̄ nō iuſtos veniſti
vocare. ſꝫ pctores ad pniaꝫ. Cuiꝰ pmiſſio
vera et manifeſta eſt. qꝛ dignatꝰ ē dicē
quā hora cōuerſꝰ fuerit pctor a ſuis
iniq̄tatibꝫ eadem hora n̄ rememora
turū pcta eiꝰ. Accipe hac hora paſſiōis
mee pniaꝫ. et ꝑhūc ignem tēporalem
q̄ corpori meo paratꝰ ē. ab illo igne
eterno me libera. qui et aīaꝫ ſimul et
corpꝰ exuret. Et hijs dictis expletis
circūdata ſarmētis igne ſuppoſito vox
audiebat᷑ dicens. Gras tibi dn̄e ihū xp̄e
qui me dignatꝰ es hoſtiā habe ꝓnoīe
tuo q̄ ꝓtoto mūdo ſolꝰ hoſtia oblatꝰ
es in cruce. Iuſtꝰ ꝓiniuſtis bonꝰ ꝓmalis
bn̄dictꝰ ꝓmaledictis dulcis ꝓamaris a pctō
mūdꝰ ꝓpctoribꝫ omnibus. Tibi offero
ſacrificiū meū q̄ cū patre tuo et ſpū ſcō
viuis et regnas i ſcla ſclorꝝ amē. Et hec
dicens emiſit ſpm̄. Stabant aūt iuxta ripā
fluminis digna et eunomia et eutro
pia q̄ fuerūt ancille eiꝰ. et ſimul fuer
ant i pccō. ſimulq̄ꝫ a ſcō narciſſo epō ba
ptizate q̄ rogauerūt milites deſcen
dentes de barca ut eas ibi trāſmitterent.
Cūq̄ꝫ eas trāſtuliſſent. inuenerunt afre
corpꝰ integrū. Puer aūt q̄ cū ipſis
erat trāſnatauit et nūciauit matri
eiꝰ. Et venit nocte cū ſacerdotibus dei
et tulit corpꝰ eiꝰ. et poſuit illud ſcdo
miliario a ciuitate auguſta i meōria
quā ſibi ſuiſq̄ꝫ cōſtruxerat. Nūciatū
eſt aūt gaio iudici. et miſit ibi ad ipaꝫ
memoriā dicens. Ite et tenete eas. et
ſi cōſenſerint vobis ad ſacrificandū cū
honore eas ad me ducite ut remu
nerem illas cenſu digniſſimo. Si

Lizenz: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. 134v – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/de/vad/0070/134v)